Magnifici Laskowski Quietatio

Coram officio et actis presen[tibus] Castren[sibus] Capitan[ealibus] Bransc[ensibus] personaliter comparens Generosa Krupkowska filia olim Gen[erosi] Adami Mosiecki consors legitima Gen[erosi] Adami Zadkowski cum eiusdem mariti sui ut tutoris coniugalis personali assisten[tia] et consensu presentaneo sana mente et corpore exi[st]ens palam ac libere recognouit Quia ipsa Magnificum Stanislaum Laskowski Castellanum Warsawien[sem] de summa Quingentorum floren[orum] polon[icalium] resi duitatis maioris summae Trium Millium florenorum polon[icalium] sibi respectu dotis de bonis Kamionka Tybory et alijs eo adiacentibus per Generosum Gabrielem Sikorski inscriptam bleuenariam per eundem Magnificum Laskowski Castellanum Warsawien[sem] satisfactionem quietat et liberum facit et de eisdem bonis condescendit nihil sibi ex eadem inscriptione reseruando. personali sua recognitione mediante.

Luba Cessio

Coram officio et actis presentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Bransc[ensibus] personaliter comparens Nobilis Stanislaus filius Christophori Wrzeczenski sanus mente et corpore exi[st]ens palam ac libere recognouit Quia Gen[eroso] Joanni Casimiro Luba exactori Terrae Bielsken[sis] in Lubino Rodaki et ecclesiastica hered[itatis] certa sibi recognoscen[s] per Nobilem Heduigem filiam olim Martini Wrzeczenski consortem Stanislai Solnicki Truskowski cum eiusdem mariti et Nobilis Martini Wrzeczenski fratris patruelis personali assisten[tia] et consensu presentaneo super omnia bona mobilia et immobilia inhered[itatis] Wrzeczenie consisten[tia] ipsam quocunque iuris titulo spectan[tia] Coram actis presentibus certa secunda post dominicam Rogationum anno presenti modo perpetuae donationis facta et recognita prout eiusmodi inscriptio latius obloquitur cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis sue ac parata intromissione possessione haereditarie et ligamentis in originali inscriptione conten[tis] omnibusque utilitatibus in eisdem bonis nunc et ab antiquo consisten[tibus] accepta sua sufficien[ti] satisfactione cedit et de eisdem bonis condescendit omneque et integrum ius suum sibi ad premissa seruiens in personam ipsius et eius successorum plenarie transfert et transfundit Intromissionem illi eiusque cum pacifica possessione per Ministerialem et Nobiles duos officio acceptanda admittendo.

Plonski Quietatio

Coram officio et actis presentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Bransc[ensibus] personaliter comparens Nobilis Albertus olim Felicis Jablonowski de Jablonowo Wypichy heres sanus mente et corpore exi[st]ens palam ac libere recognouit Quia Nobilem Joannem olim Gregorij Plonski in Plonka Strumiensi de vulneribus sibi per eundem illatis et Coram actis Terrestribus Tykocinensibus inscriptis ac toto processu causae huius ob prestitam sufficientem satisfactionem vulnerum quietat emittit et obductionem vulnerum cum processu cassat perpetuis temporibus